

exceptiones postulantur, & certo quodam modo agendi potestas datur: & omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur: que autem in ipsis iudiciis ratus incedunt, eiusmodi sunt, ut per se minus firmitudinis habeat. Quibus ex verbis locus similis Cornificij lib. ad Horen. 1. corrigendus est: vbi sic legitur: Hac parte constitutio-
nis Græci in iudicis, nos in iure ciuii plerunque vtimur. Tollendam enim vocem C I V I L I, & ille Ciceroni locus similius, & qui paulo post apud Cornificium sequitur, demonstrant. Dabat
16 figitur recuperatores Prætor apud quos ita cau-
san vterque suam exponebat, vt tandem secun-
dum eum cuius causa probabilior videbatur, lis
daretur. Superest in definitione nostra, Q V O D
17 S I B I D E B E T V R, t̄ quæ clausula mihi cer-
te, vt verè dicam, non omnino satisfacit, videtur
que hoc amplius addendum, S V V M V E E S T
Cùm satis constet, neque quod nostrum est, debet
nobis: neque quod nobis deberur, nostrum
esse. Itaque cum paterfamilias suum argentum
vxori legasset, responsum est, id quod ei debeba-
tur non contineri. l. Q. Mutius, 2. 7. §. 2. & l. scri-
bit, 3. 4. D. de aur. & argent. Ut ex aduerso facilis
ratioinatio sit, si quod sibi debebatur, legasset;
nequaque id quod suum fuisset, contineri po-
tuisse. Vehementerque sum equidem eos admiratu-
rus, qui rem quam per vindicationem nostram
esse intendimus, à quæ nobis vt pecuniam, debe-
ri affirmant: nam quod Vlpianus scribit in l. pecu-
nia, 1. 78. de verb. signifi. verbum. Debet omnem
omniæ actionem cōprehendere: quis non video
ad ea quæ continuò subiecta sunt, contrahendū
esse? Siue, inquit, Civilis, siue honoraria, siue fidei-
18 commissaria fuerit perfecutio. Cùm igitur plus
sit actio, quām ius persequendi, quod sibi deberet
apparet veram definitionem nō esse: quippe quæ
non omnia que involuta erant, evoluta.

Persequendi iudicio. Sequitur ij. Actiones non
in iures in iudicio exercentur d.l. nihil aliud.
19 Ius t̄ autem locus dicitur, in quo ius redditur,
appellatione collata ab eo quod sit, in eo vbi sit.
l. penult. D. de iust. & iur. non enim Prætores,
sed priuatos homines ab illis constitutos, priuatas
causas disceptasse, testimonia sunt apud
veteres autores innumera, ex quibus unum ex
Verrina iiiij. edidisse, contentus ero. Dubium ne-
mini est, quin omnes omnium pecunia posse
sunt in eorum potestate, qui iudicia dant, & eorum
qui iudicant: quin nemo nostrum possit ad eius
nemo fundum, nemo bona patria obrinere, si cu
huc à quopiam vestrum petita sunt. Prætor im-
probis, cui nemo interdicere posset, det quem ve-
lit iudicem, iudex nequam & leuis, quod Prætor
iussit, iud. cct. Si verò illud quoque accedit, vt
Prætor in ea verba iudicium det, vt vel Octavius
Balbus iudex, homo & iuris & officij petitissi-
mus, non possit aliter iudicare?

Quod sibi debetur. Sequitur iiiij. actio non
eius quod alii, sed eius quod nobis ipsis debetur
persequendi causa instituta est. s. j. infra, de iis
20 per quos ag. poff. Vbi Iustinianus ait, t̄ olim alterius
nomine agi nō licuisse. Et quanquam nūc pro-
curatorio nomine agi licet, tamē satis cōstat, nūc
nō quasi alieno sed quasi suo, ac proprio nomine
21 agi, siquidē t̄ procurator dicitur à Cicerone omni-
num retum alterius, quidam quasi penè domi-
nu. hoc est alieni iuris vicarius. Hinc illa for-
T. de actione.

mula, siue actio in auctorem præsentem: Quan-
do te in iure conspicio, postulo an ne scies au-
tor. Porro autem intelligendum est, hac adie-
ctiuncula remoueri ab hac definitione tum pu-
blicas, tum populares actiones: nam in utrisque
potest Reipublica debitam persequimor: in
illis quidem maiorem & acerbiorum, in his verò
minorem. At his actionibus priuatis id tantum
quod cuicunque priuatum ac proprie debere per-
sequimur.

Apud iudices arbitrō sue. Sequitur iiiij. A-
22 ctiones t̄ tum apud iudices, tum apud arbitros
exercentur. l. Diuo Pio, 15. D. de re iudicata.
Vbi Vlpianus ait rescriptum esse, vt magistratus
populi Romani iudicium, vel arbitrorum à se
23 datorum sententiam exequantur. Differt t̄ autem
iudex ab arbitrio duabus potissimum de causis:
quod hic ex compromisso sumitur, ille sine com-
promisso: huic prætor formulam iudicij prescri-
bit, illi summam totius negotij potestatem per-
mitit: itaque iudex est ciuiis Romanus priuatus,
cui prætor ex reorū consensu distrahendaz, ex
formula præscripto controversia potestatem de-
dit. Arbitri vero, ciuiis Romanus, ex compromis-
so à litigatoriis sumptus, t̄ cui prætor negotij
arbitrio suo disceptandi potestatem fecit. Reli-
quas differentias in Commentarium verborum
iuris reculumus.

In duo genera didicuntur. Sequitur. v. actionum
24 t̄ summa diuisio bipartita est, vt alia in rem sint,
alia in personam. l. actionum, 25. D. de obligat. &
act. vbi Vlpianus sic scribit, Actionum genera
sunt duo in re, quæ dicitur vindicatio: & in per-
sonam, quæ condicō appellatur: Sed mirum est,
& Vlpianum t̄ & Iustinianum mixtarum men-
tionem hoc loco prætermissee, de quibus poste-
rius tractatur in §. quædam: vbi tres actiones cō-
memorantur, quæ partim in rem sunt, partim in
personam.

Nangue agi uniusquisque. Sequitur vj. In per-
sonam t̄ actiones aduersus eos, qui ex contractu
delicto obligati sunt, conceduntur d.l. actionū
vbi Vlpianus ait: in personam actionem esse, quæ
cum eo agimus, qui obligatus est nobis, ad facien-
dum aliquid vel dandum: & semper aduersus eū
dem locum habere. Quibus ex verbis intelligi po-
test, quæ mobrem in personam appelleant. Nam
si finis illarum est, vt aliquis nobis vel det, vel fa-
ciat, satis constat, sine certa persona notatione
peragi hanc fabulam non posse: quod planius ex
ratione actionis in re intelligetur: cuius finis est,
rei vindicatio, & possessio: ac propterea personæ
adiectione non desiderat. Licet etiam hoc aperte
intelligatur ex ea actione, quæ factum postulat:
nam si mihi pector aliquis obligatus sit ad meā
portionem depingendam, nemo nescit, cum nō
liberari: si ab alio eam depingendam curarit. Cō-
petet enim hæc actio, Aio te Apelles, mihi meā
portionem pingere oportere. l. inter artifices, D. de
25 solutionib. Altera t̄ causa quamobrem in perso-
nam appellatur, hæc est quia semper aduersus v-
nam eadem quia personam locum obtinet: quæ
admodum in d.l. actionū, Vlpianus scribit: Eiūs-
que rei exēplū extat in l. vlti. §. vlti. ff. de cōtrah.
empt. vbi Titius qui obligatus erat ad dandum,
quamvis obligatus esset ad dandum ex certo fun-
do suo, tamen etiam si fundum alteri vendiderit,
personalī actione tenetur: quippe cum cum